

Sigismundus primus rex Polonia, ab:
bati Ragadiensi.

44

Venerabilis et religiose pater, devote nobis
dilecte. Nicolaus Grosch civis Cracoviensis
et subditus noster hinc ab aliquo supra tem:
pore Venetias proficiscens centum aureos ac
miserat, vel potius in hospicio reliquerat per
oblivionem, et ob nimium metum Turcarum
qui tum ad oppugnandam Viennam veni:
ebant, quos subditus devotionis tuæ se repe:
risse testamento fassus est, et restitui pe:
tuit. Ad quam pecunie summam tanquam
ex legato repetendam cum isthuc subditus
noster mittat, et sciat illam apud tuam
devotionem esse; illam hortamur et requiri:
mus, ut id quod eius subditus reperisse se
fassus est, et noster perdidit, reddi et restitui
faiat, rem et nobis gratam, et suo officio
ac professione dignam devotio tua factura.
Datum Cracovia die ultima Februarij, anno
Domini 1532.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.